



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. An præsentatio facta â possessore juris patronatûs, etiamsi jus proprietatis non habeat, valida sit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

quoad dominium directum, aut utile, & consequenter neque fructus rei oppignoratz, inter quos numeratur etiam jus patronatus.

SECTIO IV.

De presentatione sive ipso actu presentandi & eius circumstantiis.

§. I.

An presentatio facta à possessore iuris patronatus, etiamsi ius proprietatis non habeat, valida sit?

Valer non tantum presentatio, si facta sit ab eo, qui bona fide ius patronatus possidet, sed etiam consequens ad eam institutio, ita ut removeri hic amplius non possit, quamvis postmodum appareat, quod verus Patronus ille non fuerit, prout sumitur ex *c. consultationibus 19 h. t. c. querelam 24 de Elect. iunct. Gloss. verbo. super iure.* Neque enim, quod legitime factum est, irritari debet, aut retractari, licet ad eum casum deveniat, à quo incipere non potuit, & fructus iuris patronatus, qualis est presentatio, ad possessorem pertinet, ita tamen, ut nec solus communis error, in re hac privata sine possessione ad validam presentationem sufficiat, nec sola qualis qualis possessio, sed quæ sit cum bona fide, cum solus communis error non det titulum, & mala fidei possessor nullos fructus suos

faciat, sed consumptos etiam rebus teneatur, Quin imò, si simul presententur diverti ab eo, qui in possessione presentandi est, & ab eo, qui in patronatus ad se pertinere dicit, indurum sit, nullum ius possessori presentandum competere, presentatio erit de iure communi Decretalium, à bona fidei possessore presentanda, die tamen de iure Tridentini *cap. 9. de Reformat.* requiritur, ut ad validam à possessore factam presentationem, ut doceat hic de iure, quo iure jus patronatus ad eum pertinet, vel saltem, quod tale jus per multiplicitas presentationes, supra hominum memoriam, jam præscriptæ.

§. II.

An Patronus possit presentare ipsum, vel filium suum, si plures sint patroni, an unus ex illis as denique an semper dignior dignior presentari debeat.

SE ipsam patronus ad vacantem Ecclesiam, cuius Patronus est, presentare non potest, nec per se ipsum, per alium ex illius commissione, aut gentem, quamvis Clericus, & licet sit, *c. per nostram 26. h. t. ut re. h. t. ambitionis infamia notetur, & non presentantem, ac presentatus de officio sufficiens habeatur, quæ non minus inter hos, quam inter donatos accipientem esse debet: potest tamen si ab Episcopo illi conferatur, speciatim aut interpositis precibus beneficium, jus ipse patronus et illud recipere, *c. p.**